



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Aristarcho discipulo. xix.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

fione ipsius. iij. idus augusti. Inuentus cum eo. lxxij. xpianos: quorum singulis ipse beatus Laurentius cum iustino presbytero pedes lavit: et pacis osculum cum elemosyna tribuit. Hic sanctus presbyter postquam beatorum sicuti pape socorum et Laurentii archidiaconi ac hippoliti: et omnis eius familie: aliorumque plurium martyrum corpora sepulture commendavit: cuo luto anno et ipse sub persecutione decii galiani et volusiani confessionis gloria insignis martyrum capitis obruncatione peremerit. Sepultus romae via tyburtina iuxta corpus beati laurentii in agro verano pridie noni. augusti.

De sancto Aristarcho discipulo. Cap. lxx.



**A**ristarchus discipulus beati pauli apostolus et lxxij. discipulis xpi fuit. De quo ad col. iij. cap. et actuum xx. mentio spiritalis habet.

Qui comes individuis pauli et concaptivus in vinculis romae fuit: et cum eo usque ad finem eius perseveravit. Sed post passionem pauli: quia ab eo episcopus thessalonicensium constitutus fuerat: vel ut abbas dorothaeus pontis: episcopus apamie post longos agones a christo coronatus fuit. Qui vivit in pace pridie nonas augusti.

De sancto Terulino martyre. Cap. lxxi.



**T**erulinus martyr romae passus est sub valeriano imperatore. Hic cum esset procurator rerum olympiarum tribuni qui pro christi nomine passus fuerat: ut supra in eius et socorum passione gestum est. vi. kalendas augusti: et licet adhuc gentilibus

tamen tormentis que christianis inferbantur abhorreret: corpora sanctorum boni presbyteri et socorum sepelivit: ut dictum est in eorum passione supra kalendas augusti. Et de hinc veniens ad sanctum stephanum papam ab eodem fidei rudimenta ac baptismum suscepit: atque presbyter ordinatus fuit. Quem imperator valerianus teneri fecit: ut facultates olympiarum proderet: et deus sacrificaret. Qui cum divitias domini sui diceret in celis per manus servorum christi sublatas: et deos gentilium vti demones confutaret. Jussu cesaris extenditur: et fustibus diutius ceditur. Ignis quoque lateribus eius subterponitur. Deinde prefecto sapientis exanimandus traditur. Qui terulinum ante suus tribunal adductum: cum ab eo nec facultates olympiarum erigere: nec ipsum ad sacrificia cogere posset: iussit in equuleo extendi: et nervis diutius

contorqueri: deinde ignibus concremari. Et cum nunciatum esset valeriano: ipsum hec omnia constanter pertulisse: data ab eo sententia de equuleo depositus est: et via latina miliario secundo ab urbe ductus atque ibidem decollatus. Cuius corpus ibidem a fidelibus in crypra arenaria sepultum est pridie noni. augusti.

De festo natus sancte Marie virginis. Cap. lxxi.



**Estu sancte Marie**

ad nives ab ecclesia celebrari institutum est noni. augusti. propter miraculum quod romae apparuit: propter quod ecclesia sancte marie majoris in honore dei genitricis edificata est tpe liberii pape. Cum enim usque ad illud tempus nulla in urbis ambitu in honore beate virginis fuisset ecclesia fabricata. Accidit ut quidam iohannes pater tritius romae moribus et nobilitate preclaris divitiis et possessionibus abundaret. Qui dum filium minime procreasset: quod tot divitiarum heres fieret: ad beatam genitricem dei mariam una cum coniuge sua spirituale devotione elegerunt. Rogantes ipsam assidue: ut eis vel filium herede prederet vel eos de aliquo ei grato: in quo facultates suas possent impedere informaret. Quod se itaque angustis. v. videlicet ipsius mensis die: quo tpe hoies solis adustionibus magis decoquuntur: volens beata virgo in morte qui supragius dicit sibi ecclesiam edificari: aere repente contra naturam fecit immutari: et copiosa nive miraculose cadere: locum illum ipsius montis tantum infudit in illo videlicet ambitu: in quo fuerat ecclesia construenda. Eademque nocte beata virgo libero pape apparuit: seque dei genitricem esse dixit: omniaque ei gesta narravit atque mandavit: ut mane cum universo clero et populo ad predictum montem accederet: et intra nivis ambitum sibi ecclesiam fabricaret. Quam de facultatibus iohannis patricii construi volebat: et idcirco eadem simile visionem ostenderat. Eadem hora apparuit iohanni et uxori sue beata virgo maria: dicens orationes eorum exaudisse: et seipsam sibi succentricem bonorum suorum a domino impetrasse. Precepit igitur ut in predicto monte in loco videlicet quem tantum nix operuerat de consilio pape liberii ecclesiam suo nomini fabricarent: et largissentur dotarent. Quam autem facto iohannes ad papam accessit: et seque visionem narravit: atque ab eo similia percipit. Et provocato clero et universo populo ad montem superagium accesserunt: et nivem loci ambientum miraculose replevisse inveniunt: ubi de mandato pape iohannes ecclesiam in nomine dei genitricis erexit: ipsamque sancte marie majoris nominavit: et de suis facultatibus largissentur dotavit: quam et liberius pontifex consecravit. Ubi de capillis et vestimento ipsius alme virginis: et corpus beati marthie apostolice ac gloriosi doctoris hieronymi requiescunt.